



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

20. Quid de illorum, qui puerum per alium iubent aspergi aqua, ipsi vero longius constituti sacramentalia verba pronuntiant?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

Propter infinita, quæ in illo temporis articulo accidere solent: non ergo communiter practicandus videtur hic modus tam multis periculis nullitatis, vel certe dubitatis valori ipsius baptismi obnoxius. Ratio ultimæ partis est, quia is modus baptizandi saltem est dubius, quali in necessitate, si alius accessus non sit ad infantem, licet ut, per ea quæ iam aliquoties diximus.

Dices: Quid si pastor certo sibi persuadat se caput pueri aqua aspergere posse, licet ut illi ad vitandum contagionis periculum vel pudorem hoc modo baptizare?

R. Licebit, quia tunc cessat periculum nullitatis baptismi, cum constet per veram aspersiōnēm, quæ etiā ablutio censeri possit, verum conferri baptismum.

Q V A E S T I O X X .

*Quid de illorum, qui puerum per alium iubent aspergi aqua, ipsi vero longius constituti sacramentalia verba pronuntiant?*

Quæstionis explicatio.

Scholastici Doctores apud Magistrum sententiarum disputant ex professo, an possit baptismus ita à duobus conferri, ut alter abluat, alter vero proferat formam, in quo

quo varie sentiunt: Marsilius (*a*) & Gaietanus in eam partem inclinant, quæ affirmat

*a in 4. q. 4.  
art. 8. dub. 11.*

Huiusmodi baptismum validum esse, nihilominus communis aliorum sententia est, baptismum hoc modo collatum non esse verum sacramentum: Ita enim sentiunt D.

*b p. 3. q. 57. (b) Thom. in Summa, (c) Alexander, (d) Alensis, (e) Bonaventura, (f) Scotus, (g) Gabriel,*

*c p. 4. q. 16. (h) Richardus, (i) Paludanus, (k) Sotus: Hu-*

*memb. 6.*

*d In 4. dist. 5. ius disputationis occasione queritur, an hic*

*modus baptizandi probari possit & tolera-*

*a. 1. q. 1. ri, quo ad evitandam contagionem sacer-*

*c in 4. dist. 6. dos ab ægro remotus profert formam, &*

*f ibid. q. 1. alius, puta, chirurgus ægrō assistens, aqua*

*g dist. 3. ar. 4. h ib. q. 2. ar. 2. puerum tangit vel aspergit?*

*i in 4. dist. Responsio:*

*p. art. 4. Non est probandus neque tolerandus,*

*nisi urgente necessitate, qualiter bapti-*

*smus non possit conferri. Ratio prioris par-*

*tis est, quia non licet ordinarie pastori, ne-*

*glesto certo baptismo usurpare incertum*

*& dubium, pastor autem hoc modo bapti-*

*zando eligit baptismum dubium, quamvis*

*enim nonnulli Doctores etiam probabili-*

*bus rationibus adducti, putent huiusmodi*

*baptismum esse validum, plures tamē, ieq;*

*grauiores docent, baptismum hoc modo*

*celebratum nullum esse: Et quamvis dubiu-*

*non sit, quin Christus potuerit uno aut al-*

*terd*

ero modo instituere sacramentum bapti-  
smi; tamen probabilius longe est q̄ Chri-  
stus hoc posteriori modo instituerit, quod  
et si neq; ratione neq; scriptura, neq; aliqua  
ecclesiæ traditione sufficiēter conuinci pos-  
sit, tamen *vniuersalis ecclesiæ r̄sus, optimus legum interpres*, est talis, nec vñquam visum vel au-  
ditum est in ecclesia, quod baptismus aliter  
fuerit administratus, quā ab vno eodemq;  
abluente & proferēte formam, & hoc sen-  
su semper fuerunt intellecta verba Christi;  
*baptizantes eos in nomine Patris &c.* quod scilicet  
qui baptizat, id faciat inuocando Tri-  
nitatem super actionem suam. Addē fuisse  
conueniēs spiritualem regenerationem ab  
vna tantum persona perfici, vt in hoc etiam  
esset diuersa à generatione carnali, & quo-  
dammodo similior spirituali Dei genera-  
tioni, sicut etiam cōueniens fuit ad evitan-  
da incommoda & occasiones illudendi sa-  
cramento partiēdo seu ditividendo inter se  
illud ministeriū; vt non immerito liber Of-  
ficialis (a) diœcesi Treueren. notauerit sem-  
per vnum tñm esse ministrū in baptismo ad-  
hibendū. Ratio alterius partis est, quia pót  
occurgere casus, quo pastor non possit ab-  
luere, possit autē formam proferre, puta, si  
nullus sit accessus ad puerū, quia ædes infe-  
ctæ sunt à Magistratu occlusæ, neq; permit-  
tit

a pag 46.

192 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
tit accessum, quamuis iniuste, vel si ipse  
truncatus sit manibus, & alter qui adest, no  
possit formam proferre, illo casu extre<sup>m</sup>a  
necessitatis licebit iuxta alteram sententiam  
hoc modo conferre baptismum, quia me  
lius est in tali extre<sup>m</sup>a necessitate accipere  
baptismum dubium, & aliquo modo pro  
babilem quam nullum: Erit tamen ille ba  
ptismus sub conditione iterandus, si post  
ea occurreret oportunitas recipiendi indu  
bitatum sacramentum ab uno & eodem  
ministro.

a dist. 23. c.  
Quorundam  
&c. Subdia  
conus.

Dices: Iure (a) Canonicus ordo datus ab  
Episcopo & presbytero simul, Episcopo vi  
delicet imponente manus, presbytero au  
tem benedicente seu proferente formam  
irritus esse declaratur: ergo nulli licebit  
hoc modo baptizare, ut unus abluat, alter  
vero formam proferat.

R: Negando consequentiam: non enim  
similis est casus ei, de quo agimus, quia in  
sacramento ordinis conferendo, presbyter  
non potest esse minister, & ideo cum Epi  
scopo non potest componere unum mi  
nistrum, & ex hoc solo capite eidens est;  
illam ordinationem fuisse irritam & nul  
lam, in nostro autem casu quilibet perso  
na concurrens posset esse sufficiens mini  
ster sacramenti baptismi.

QVÆ